



I. N. J.
DISSERTATIO JURIDICA
DE

FACTO INCON-
TINENTI FACIENDO,

Seu
De iis quæ incontinenti fieri debent.

Quam
IN PERILLUSTRI ALBERTINA,
CONSENTIENTE AMPLISS. FACULTATE
JURIDICA,

PRÆSIDE

VIRO PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO
ET EXCELLENTISSIMO

DN. JOHANNES Stein / J. U. D.

Ejusdemque Professore Ordinario,
h. t. Decano,

Patrono & Præceptore atatem colendo,

Publico ac placido eruditorum examini

subjicit

JOACHIMUS Schön / Lubecens.

AUTHOR ET RESPONDENS.

D. Novembr. M DC XCIV.

Horis locoque solitis

REGIOMONTI, Typis REUSNERIANIS;

VIRO
GENE^ROSO ET AMPLISSIMO:
DOMINO
HIERONYMO
à DORNE,
Inclutæ Reipublicæ Lubecensis
Senatori Gravissimo,
PATRONO MEO ÆTERNUM
DEVENERANDO.

GENEROSE ET AMPLISSIME DOMINE:
PATRONE MAXIME.

Ntuenti mihi, Generose Domine, sive splendorem
Generis Tui; sive Tuae amplitudinem Dignitatis;
sive Tuorum, cum in publicum, tum in privatos
meritorum magnitudinem: nondum satis constat, an non devoto
TE solentio honorare praestet, quam levidensi hoc munusculo
testari, quam incongrua Nomini Tuo consecrentur dona. Etenim
ab illis ortus es Majoribus, qui per longa temporum intervalla
floruere & illius Reip. tractare gubernacula, quae, si non
antiquitate, nominis tamen celebritate & rerum gestarum glo-
ria, cum illis aequari conferrique potest Rebuspubl. quae non terras
solum, sed & mare, fama nominis sui impleverunt: Praeterea in
illa Curia, non magis electione quam Tuis virtutibus, locum
inter eminentissimos obtines, quae tot gentibus jura dedit: cujus
religio & aequitas tantam sui venerationem conscivit, ut, quae
Graecia olim Delphis petiit, ea populi Septentrionales Lubecae
toties accepere oracula: cujus denique Sancta hodie etiam in tot
regionibus habentur sanctissima. Quid dicam de egregiis tuis in
publicum meritis; qui non tantum in dandis consiliis & decidendis
litigantium controversiis, sed & in obeundis legationibus toties
Patriae salutarem & gloriosam navasti operam. Tuorum in
privatos meritorum; si non alia adessent documenta, satis evi-
dens ex me capi potest, quem, domo nostra per mortem B.
Parentis ruinam patiente, ne eodem labefactatus motu concide-
rem,

rem, ruinis ereptum, servasti: nullò planè vinculo Tecum
conjunctum; (nisi quod Tua Generositas amicitiam, que cum
defuncto Parente intercesserat, ad filium quoquè pertinere arbi-
traretur;) in domo tua tanquam consanguineum habuisti: Cui
denique, missu Tuo ad hanc profecto Academiam, studiorum sum-
tus abundè suppeditasti. Tantò ergo splendore fulgens; tot
decoribus inclytum; tam multis in me beneficiis venerabile
Nomen, longè inferiori suis meritis loco ponit, qui illud tenui
alicui opusculo inscribit: Attamen, sunt quedam, quibus, licet
exiguus, pretium adhuc aliquod conciliat, offerentis animus, qui
destitutus magnis, solummodò illis, quas possidet, rebus, se bene-
ficiorum non immemorem exhibere nititur. Hisce jure annu-
meranda venit presens disputatio, non alia quadam re, quàm
solo affectu ponderanda. Accipe ergo illam, Generose Domine,
loco syngraphæ animi, Tibi maximis beneficiorum vinculis ob-
stricti & eternum obligati, qui, licet illi debitum incontinenti
solvere denegatum sit; licitum tamen sibi putat, hac de inconti-
nenti dissertatione, quid TIBI debeat, apertè & ingenuè con-
fiteri. Interea vive, Generose Domine, continua secula
fortunatè beatèquè, in Patriæ salutem, Generosæ Familiæ splen-
dorem & meum emolumentum, qui tunc demùm optatam
me attigisse metam arbitrabor, si omnes sciverint, me esse

TUÆ GENEROSITATIS

Devotiss. Clientem

JOACH. Köhn.

PROOEMIUM.



Actiones humanas ad certa adstringendas esse tempora ipsa svadet ratio, cum circumstantia temporis actionem sæpè vel bonam vel malam reddat. Postquam igitur actiones humanæ circa lites quoq; cœperunt esse occupatæ, opus utiquè fuit definitione temporis, intra quod actus

aliquis expediretur & litigantium controversiæ finirentur *arg. l. f. pr. ff. pro suo l. 2. pr. ff. de aqua & aq. pl. arc.* Quis enim aliquando litium finis foret? si calumniantibus in secula illas protelare fas esset; si dilationum tempora ex litigantium protervia essent metienda; si reo, quem sua injusti conscientia convincit & judiciorum examina subterfugere jubet, Judici terminum præscribere concessum esset; si deniquè tempus executionis in arbitrium condemnati esset conferendum; Profectò nullæ unquam executiones sortirentur effectum, omnes termini essent frustratorii, cuncta judicia, quæ præsidium aliàs juris atque tutela appellantur in *l. 5. C. de bis qui ad Eccles. conf. & in l. 14. C. de Judic.* tollerentur, imò ipsa Justitia planè exularet. Meritò igitur ex hac, quæ actiones humanas ad aliquod tempus adstringit, naturali ratione, jura quoquè nostra præscripsere omnia ista, quæ passim definita deprehenduntur, tempora, intra quæ, velut certa quædam repagula, actiones humanæ, quatenus illæ juris artem concernunt, contineantur, ita ut illis in infinitum vagari minimè liceat.

Inter hæc in jure definita tempora, deprehendimus aliquod, quod sub voce *Incontinenti* venit & interdum accurate est observandum: nam hoc elapso & actû, qui intra hoc tempus peragendus erat, non expedito, negligens sibi aliquod, pro causæ qualitate, non nunquam creat præjudicium, vel

A

enim

enim jus ad rem vel aliquod in re amittit, vel aliud sibi damnum conciliat. Qui diversi effectus singuli quidem ex singulis casibus constabunt, non tamen in solo tempore, quod juxta §. 3 J. d. V. O. & l. 44. ff. de O. & A. nequè obligationem introducere aut tollere, nequè aliquod jus in re transferre potest; sed in legis dispositione, concurrentibus certis circumstantiis, collocandi sunt. Ne tamen hi effectus aliquid contra æquitatem naturalem præferre cuiquam videantur, dum scilicet, factum aliquod incontinenti non facienti, jus suum auferatur, contra l. 2. ff. de his qui sui vel alien. Jur. sunt. & l. 55. ff. de O. & A. ante omnia sciendum, quod jure naturali atque civili non tantum facta arg. l. 2. ff. de pact. l. 43. §. 11. ff. ad l. Rhod. l. 15. ff. de A. vel O. Hered. l. f. pr. ff. de Jurejur. l. 52. §. 2. ff. ad l. Aquil; verum & non facta jus operentur. l. 15. §. 21. ff. de damn. inf. l. 15. §. 1. ff. de usuris, & quod facti appellatione etiam non factum contineatur §. 9. J. de Nupt. l. f. in f. ff. de inoff. testam. l. 189. ff. de V. S. Deindè quod hic coërceatur negligentia, quæ quoddam quasi factum dici potest arg. l. 127. ff. de R. J. Imò quod hic aliquò modò contumacia puniatur, dum facere nolle videtur is, qui non facit quod facere debet & potest. Gotb. ad l. 17. §. idem ait ff. de edit. edict. per l. 19. in f. ff. de ritu nupt. Hinc quoque minimè nobis obstat l. 6. §. 3. ff. d. neg. gest. l. 14. l. 66. ff. d. condict. ind. l. 17. §. 14. in f. ff. de instit. l. 25. ff. rerum amotarum quæ, aliquem cum alterius injuria locupletiolem fieri, prohibent, cum damnum, quod quis sua culpa sentit, nemo sentire videatur.

CAP. I.

Continens explicationem vocis incontinenti, ejus definitionem & divisionem.

§. I.

§. I.

HÆc de origine & iustitia hujus materiae sufficient, sequitur nunc ex præcepto Icti in *l. 1. pr. ff. de J. & J.* evolutio vocabuli incontinenti, cum in hoc omnis vis resideat. Compositum autem est ex *voculain & continenti*, quod idem est, ac continuus conjunctusque seu sine intervallo, ut ita, licet hæc vox vulgò inter adverbia numeretur, non absurdum sit, si, quando legimus vocabulum *incontinenti*, sub audiamus vocem *tempore*, quasi in continenti seu continuo & non interrupto tempore.

§. II. Non autem hoc ita intelligendum est, ac si omne semper spatium excludatur & longius aliquod intervallum non interdum admittatur, quo sensu alias ædificia incontinentia dicuntur in *l. 4. §. 1. ff. in quib. caus. pign. vel hyp. contr. & l. 45. §. 1. ff. in Excus.* Nam quamvis vox incontinenti interdum sine ulla temporis dilatione intelligatur; adeò ut nec momentum intercedat, uti in *l. 79. ff. de A. vel O. Hered. l. 3. §. 6. ff. de A. vel A. Poss. &c.* attamen, non nunquam aliquod spatium etiam longius pro rei qualitate, admittit, ut infra dicturus sum, *vid. Lexic. Jur. Calv. sub voc. incontinenti.*

§. III. Eandem cum hoc vocabulo in jure significationem recipiunt alia adverbia, ut; excontinenti *l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm. l. 6. §. 1. ff. d. Novat. l. 29. ff. solut. matr. l. 4. §. 4. quod cum eo qui in al. pot. l. 3. C. de err. advoc. continenti l. 13. C. d. pact. continuò l. 33. §. 3. ff. d. milit. testam l. 3. §. 3. ff. de A. vel A. Poss. l. 16. ff. ad SCt. Maced. l. 45. §. 1. ff. d. Excus. clem. sepe de V. S. cominùs l. 137. ff. d. V. O. confestim l. 79. ff. de A. vel O Hered. l. 52. §. 2. ff. d. Fidejuss. l. 3. §. 9. ff. d. vi & vi arm. l. 21. §. 1. ff. d. in integr. restit. l. 7. §. 1. ff. d. admin. & peric. Tut. l. 137. §. 2. ff. de V. O. l. 43. ff. d. milit. testam. Statim §. f. J. de injur. §. 2. J. d. V. O. l. 15. §. 21. ff. de damn. inf. l. 24. ff.*

de Leg. 2. l. 21. §. 11. ff. de constit. pec. l. 12. §. 3. ff. rem at. hab. l. 105. ff. d. solut. l. 9. ff. de V. O. l. 9. §. 5. ff. de Auct. Tut. l. 24. §. 2. ff. Locat. l. 27. C. de pact. l. 9. C. eod. l. f. in f. C. de bon. qua lib. auth. quæres C. de SS. Eccl. auth. & consequenter C. de sent. & inter loc. c. ad ejus vero 4. dist. 5. c. constat 11. quest. 1. causa 1. c. puella 2. quest. 2. caus. 20. c. olim 12 X. de restit. spol. c. prudentiam 20. §. sexta X. de off. deleg. Mox l. 1. §. 1. ff. de Judic. l. 12. §. 1. ff. Quod metus caus. l. 29. §. 15. ff. de lib. & posth. l. 6. §. 1. ff. de Novat. l. 24. C. de Adm. Tut. l. 41. C. d. Transact. l. 18. C. de Appell. l. 24. pr. ff. quæ in fraud. cred. Nov. 12. c. 1. c. si in qualibet 1. quest. 2. caus. 20. c. his autem 49. distinct. 1. de pœnit. c. quia propter 42. X. de Elect. Illicò l. 10. §. 6. ff. mandati l. 17. ff. de vi & vi arm. l. 18. §. 3. ff. de A. vel A. poss. l. 11. C. de pos. l. ult. C. de Judic. l. 14. C. de Appell. l. 3. C. quomod. & quand. Jud. sent. prof. deb. Protinus l. 33. §. 1. ff. de mil. testam. l. 3. §. 6. & §. 13. ff. de A. vel A. poss. l. 1. §. 3. ff. ad SCi. Turp. l. 7. C. ad l. Jul. de vi publ. l. 2. C. ut lit. pend. l. 7. C. de his qui à non dom. manum. sunt. c. quare propter 47. quest. 7. caus. 2. c. ex literis 11. X. de constitut. c. cum contigat 36. X. de off. deleg. Subitò l. 11. §. 5. ff. de min. c. auditis 20. X. de Elect. Item id quod dicitur in articulo in l. f. C. de off. Com. S. Palat. Quæ omnia germanicè quoque variè efferuntur, ut: Gleich/stray/alsobald/ von stund an/ auff frischem Fuß/ stehendes Susses/ auff frischer That/ ohne Verzug/ ungesäumt/ forderlichst vid. Besold. Thes. pract. sub voc. Einred p. m. 220. & sub voc. Gleich p. 324. Hæ voces, quando mandato insertæ sunt, mandato prius est parendum, reservato tamen postea suo jure. Besold. sub voc. Einred. Et in instrumento, expressæ vel à testatore ore prolata, enixiorem scribentis seu testatoris voluntatem notant, uti ex Bart. in l. 40. ff. si cert. pet. asserit Paris. conf. 70. n. 2. p. 135. In pœna autem privationis appositæ, privant ipso jure, non expectatâ sententiâ declaratoriâ, uti ex

Ac-

Accursio & aliis asserit Coler. *de Proc. Exec. p. 4. c. 11. n. 3.* ibi exempli loco casum in *Nov. 12. c. 1.* expressum allegans.

§. IV. Definitionem quod attinet, quamvis hoc incontinenti magis intellectu possit percipi quam elocutione exprimi *l. 13. ff. de solut. & l. 12. §. 2. ff. rem rat. hab;* ne tamen planè ignoretur, quid sub vocabulo incontinenti in jure veniat, rejectis omnibus subtilitatum ludibriis, ab Imp. *in l. un. C. de nud. Jur. Quir. coll.* prohibitis illud describo, quod sit tempus, certis quibusdam negotiis expediendis, in jure præscriptum, intra quod actus aliquis ritè expeditur qui postea illegitimè peragitur. Per tempus autem non indigitur decennium, quod aliàs sub voce temporis simpliciter positi, juxta sententiam Dd. regulariter venit. vid. Calv. *Lex. Jur. sub voc. tempus & arg. l. 23. ff. d. Poen.* Sed intelligo tempus: neque maximum; neque minimum *arg. d. l. 13. & d. l. 12. §. 2.* negotio alicui, pro variis ejus circumstantiis, quantò citius potest, *arg. l. 2. §. 43. ff. ad SCt. Tertull. c. quam sit 6. de Elect. in 6. exequendo idoneum. conf. Mev. p. 2. Decis 248. in fin.*

§. V. Hoc quidem tempus, quod, ut dictum est, sub voc. in continenti, confestim, protinus. &c. venit, interdum quidem explicatur in legibus; in plerisque tamen casibus non est expressum, in quibus Judex, pro rei qualitate, illud definire debet *arg. l. 137. §. 2. ff. de V. O.* hujus enim arbitrio relinquitur, quod in jure definitum non est *arg. l. 8. §. 3. ff. de reb. auct. jud. poss. arg. l. 32. §. 1. ff. de leg. 1. l. 1. §. 2. ff. de Effract. l. 1. in f. ff. de Jure de lib. l. 2. ff. de re jud. c. de causis 4. X. de off. deleg. c. 1. X. de restit. spol.* Divido itaque hoc incontinenti, in id quod in legibus expressè est definitum & in id, in quo Judicis arbitrium locum habet, juxta hanc divisionem singulos casus in subsequentibus subjuncturus.

§. VI. Per verbum facere vel factum, quod in rubro
A 3 con-

conspicitur, hic ejusmodi factum intelligitur, quod effectum juris post se relinquit.

CAP. II.

Exhibens constitutionem facti incontinenti faciendi per causas.

§. I.

PRIMO loco, ex præcepto ICTI in l. 1. ff. de Except. doli nobis inspicienda est causa efficiens, quæ sunt omnia ista jura, quæ ex naturali supra adducta ratione, in certis casibus aliquid incontinenti faciendum præscriperunt, puta Jus Civile Canon. &c. nam jus est, causa efficiens generalis eorum omnium, quæ fiunt legitimè Wesenb. *Comm. J. de Obl. n. 2.*

§. II. Materia subjectiva sunt omnes illi, quibus hoc à legibus, vel injunctum, vel permissum est, qui interdum etiam hoc possunt expedire per alios.

§. III. Materia objectiva sunt omnes illæ res & obligationes, imò omnia ista negotia, sive judicialia sive extrajudicialia, circa quæ, ut aliquid incontinenti expediatur, in legibus vel præceptum vel permissum deprehenditur.

§. IV. Forma consistit in eo, ut fiat secundum modum, seu intra illud tempus, quod à legibus est præscriptum. Nam tempus legis qui non observat, non dicitur formam legis observare arg. l. 4. §. 6. ff. de off. procons. & actus redditur nullus l. 8. §. 17. ff. de Transact. Quoties enim lex ad actum aliquem certam qualitatem requirit, toties illam intervenire necesse est ad hoc, ut actus valeat, arg. l. un §. 3. ff. ne quid in st. publ. Gail. obs. 14. n. 8. de pign.

§. V. Finem quod attinet, qui præcipuè est attendendus, per l. f. ff. de hered. instit. is consistit in conservatione sui juris, commodò parandò, damnò vitandò. &c.

§. VI.

§. VI. Effectus pro casuum diversitate varius est, ut plurimum tamen vel jus in re, vel ad rem & inde vel actio vel exceptio conveniens. De affinibus & contrariis *vid. infra cap. 5.*

CAP. III.

Sistens casus illos, in quibus in continenti expressè à legibus definitum deprehenditur.

§. I.

Mihi, juxta supra datam divisionem, casus illos, in quibus in continenti expressè in legibus est determinatum, hac vice recensuro, definitio ejus arctiori spatio inclusa occurrit in materia citationum & appellationum. Citatus enim, adversus quem Judex in contumaciam pronunciavit, in integrum restituitur, si in continenti i. e. Judicem adhuc pro tribunali sedentem adierit; nam tunc non sua culpa; sed parùm exaudita voce præconis, defuisse existimandus est per *l. 7. pr. ff. de in integr. rest.* Et qui in causis tam civilibus quam criminalibus, non scriptis libellis, seu viva voce, appellare vult, debet hoc facere in continenti *l. 14. C. d. Appell. i. e. eo ipso die inter acta l. 5. §. 5. ff. de Appell. l. 2. ff. eod.* seu Judice adhuc pro tribunali sedente Goth. *ad d. l. 5. §. 5. Coll. Arg. b. n. 12.* Hoc quoque obtinet in statut. Hamb. *p. 1. t. 37. a. 1.* ubi: *Wer von gesprochenem Urtheil des Unter-Gerichts an den Naht appelliren will/ der soll solches nach alter Gewohnheit mit darlegung 6. §. Lübisches auff stehenden Fuß und alsobald thun.* De aliorum statutis, quibus idem obtinet, *vid. Gisebert. Peric. Statut. art. 14. n. 136. §. 140.*

§. II. Laxius autem in continenti spatium designat in aliis

aliis casibus. Et quidem, quando dicitur in *l. 3. C. de err. advoc.* quod dominus præsens possit errori, ab Advocato suo in iudicio commisso, incontinenti contradicere & Judici errorem demonstrare, qui aliàs in sui præjudicium vergeret, explicatur id incontinenti in eadem *l. 3.* pro triduo proximo vid. *Struv. synt. Exerc. 7. §. 12.* Et qui Judicem ut suspectum recusat, debet incontinenti, i. e. intra triduum proximum, sine ulla dilatione, arbitrum eligere & apud eum litigare, ne datus Judex removeatur & alius non eligatur. *l. ult. C. de Judic.*

§. III. Item in jure Canonico, si quis habitum regularem, post annum ætatis XIV. sine probatione susceptum, deponere vult, debet illud facere incontinenti, seu intra triduum, *c. ad nostram 8. X. de regul. & transeunt. ad relig.* Sed exceptio spolii ab allegante in continenti, i. e. intra XV. dies post diem quo proponitur, probari debet, si is condemnationem in expensas evitare vult. *c. 1. de restit. spol. in 6.*

§. IV. Secundum idem jus illi, qui ab hæreticis ordinati sunt, rei sunt usurpatae dignitatis; nisi, discedentibus hæreticis, intra mensem ad ecclesiam redierunt & pessimo illorum conciliabulo renunciaverunt. *c. constat. 11. quest. 1. caus. 1. & ibi Dd.* Nec non is qui pallii traditionem per objectum criminis vel defectus retardare vult, debet, præstito juramento malitiæ, assertionem suam incontinenti i. e. intra bimestris temporis spatium probare, quæ probatio prompta fides vocatur. *c. un. Extravag. comm. de auct. & us. pall.* Denique parentes & tutores factum puellæ, quæ ante XII. annos ætatis spontè sua sacrum velamen assumpsit, irritum facere volentes, debent illud facere incontinenti, seu intra annum & diem. *c. 2. quest. 2. caus. 20.*

§. 5. Multi quidem restant casus, in quibus leges hoc incontinenti explicant, ut in materia stipulationis, defensionis,

nis, &c. quia tamen in illis semper arbitrium Judicis locum
habet, meritò eos subsequenti capiti reservamus.

CAP. IV.

Exhibens casus illos, in quibus arbi-
trio Judicis locus relinquitur.

§. I.

Generaliter omnia ista, quæ in legibus determinata non
deprehenduntur, ad judicis arbitrium referenda sunt,
per *LL. supr. c. 1. §. 5. all.* Hoc quoque arbitrium, in omnibus
illis nostræ materiæ casibus, quos nunc recensuri sumus, locum
habet; ita tamen, ut non contrarietur legibus *l. 1. pr. ff. de
Usuris & fruct.* & consuetudini loci *conf. P. Müllerus de R. J.
ad reg. 14. vid. § 2. J. de off. Jud. l. 137. §. 2. ff. de V. O. l. 3. §. 13 ff.
ad Exhib. Menoch. de A. J. Q. lib. 2. cent 2. cas. 10. n. 4. & cas. 11.
n. 2. Mev. part 3. decis. 319. & p. 6. decis. 234.* Sed Judex mentem
legum, præprimis istarum, ex quibus singuli casus sunt de-
prompti, accuratè inspiciat & Dd. varias opiniones solerter
discutiat. Omnes enim Dd. uno quidem ore, ex *l. 40. v. dice-
bam ff. de reb. cred.* asserunt, quod illa, quæ incontinenti
fiunt, inesse censeantur, & secundum hanc regulam multa
sibi formant exempla, v. c. quod tempore belli dicatur factum,
quod incontinenti ante vel post factum est &c. *vid. Tiraq.
de retr. convent. §. 1. gl. 5. n. 6. seq;* sed quid incontinenti di-
catur, & quod nam tempus intelligatur, in illo planè dissentiunt.
vid. Rauchb. quest. 25. Circumspectus ergo Judex, in quantum
horum diversæ opiniones cum legibus conveniant, benè ex-
aminet & secundum convenientiorem sententiam, rem de-
terminet.

§. II. Ut autem in enumeratione casuum ad arbitrium
Judicis pertinentium ordine procedam, secuturus sum illum,

B

quo

quo Imp, in Instit. utitur, ordinem. Primo loco illos, qui circa personas occurrunt, recensebo casus; Deindè ad illos, qui res concernunt, progrediar; Deniquè in illis, qui ad tertium juris objectum, actiones scil. pertinent, definam casibus. Quà methodò explicatâ, facilè cuilibet patebit connexio sequentium casuum, qui aliàs sine ordine digesti viderentur.

§. III. Si mulier quæ secesserat à viro, ad eundem reversa fuerit, non videtur solutum matrimonium; sed idem matrimonium esse censetur *l. 33. ff. de rit. nupt.* & exspirat de dote actio & omnia in statu pristino manent *l. 19. ff. solut. matr.* Sed hoc tantum procedit, si incontinenti, seu brevi tempore, uxor reversa fuerit *l. 48. ff. de R. J.* seu conjuges non multo tempore interposito reconciliati fuerint *d. l. 33.* nam tunc non divortium, quod animò perpetuam constituendi dissensionem fit. *l. 3. ff. de divort. & repud.* Sed tantum fribusculum, seu frigusculum i. e. leve jurgium, inter conjuges intercessisse videtur. *l. 32. §. 12. ff. de donat. inter vir. & ux.* De jure Can. mulier quæ virum deserit & separationem petit ex cap. consanguinitatis, debet offerre probationes incontinenti paratas; sin minus, censura ecclesiastica compellenda est, ut revertatur, donec probationes offerat preparatas: nam præsumitur contra eam, quæ sine judicio ecclesiæ, sua tantum temeritate, recessit à viro. *c. literas 13. X. de restit. spol.*

§. IV. Mater tutores idoneos filiis suis petere vel, prioribus rejectis, incontinenti aliorum nomina edere debet; aliàs enim non habet jus vindicandi bona filiorum intestatò mortuorum *l. 2. §. 23. ff. ad SCt. Tertull.* Incontinenti autem ita accipiendum est, ubi primùm potuit, i. e. Prætoris copiam habuit huic rei sedentis *l. 2. §. 43. ff. eod.* nisi fortè impedita infirmitate vel alia magna causa, quæ etiam mandare eam ad petendos tutores impediret, ita tamen ut nullo modo annale tempus excederet. *d. l. 2. §. 43.* Tutores autem vel Curatores,
post-

postquam fuerint ordinati, incontinenti inventarium rerum pupillarium facere debent *l. 24. C. de adm. tut.* aliàs dolus eorum præsumitur & tenentur ad interesse pupillis præstandum *l. 7. pr. ff. eod.* Debent quoque res pupilli, quæ tempore depereunt, incontinenti distrahere; aliàs enim periculum suum faciunt. Hoc autem explicatur, non quidem de præcipiti festinatione (quæ non minus culpatur quam mora *l. 13. §. 7. ff. de Jure fisci*) sed nec de moratoria cunctatione *l. 7. §. 1. ff. de adm. & peric. tut.* seu ut vult Goth. *ad hanc l.* quàm primùm potuerint, per *l. 2. §. 43 ff. ad SCt. Tertull.* De sua auctoritate tutoribus quoq; observandum est, ut illam pupillo contrahenti incontinenti i. e. in ipso negotio *l. 9. §. 5. ff. de auct. Tut.* imò & post perfectum negotium *l. 25. §. 4. de A. vel O. Hered.* in continenti accommodent: tunc enim in continenti quæ fiunt censentur inesse per *l. 40. v. dicebam ff. si cert. pet.* & quod parum distat nihil distare videtur Pratej. *de R. J. p. 1. p. 102. a.*; aliàs enim illorum auctoritas ex intervallo interposita nihil agit *l. 2. ff. de auct. Tut.*

§. V. Juvenis se pro majorenni gerere volens, debet de Jure Lubecensi incontinenti Jus Civitatis sibi acquirere *L. St. R. lib. 1. t. 2. a. 7.* ubi: Wenn ein Jüngling vor dem Raht sich will mündig erklären lassen; so soll Er alsdann auch alsobald incontinenti Bürger werden nach Lübischem Rechte.

§. VI. De jure Can. eligentes, incontinenti, i. e. quam citiùs commodè possunt, electionem electo præsentent. *c. quam sit 6. de Elect. in 6.* & electio in ecclesiis cathedralibus facta incontinenti, seu quam citò fuerit electio celebrata, in communi est publicanda. *c. quia propter 42. X. de Elect.* quod Albericus de Rosat. *in suo dictionario sub voce incontinenti*, sic intelligit, ut nullus actus medius interponatur.

§. VII. Vasallus pœnam amissionis, propter feudum illicitè alienatum, evitat, si illud incontinenti, i. e. antequam

adhuc illi nihil quaestiois movetur, recuperet, *arg. l. 17. ff. de vi & vi arm. l. 48. ff. de R. J. vid. Uldar. Zas. de feud. p. 21. n. 6.*

§. VIII. Emphyteuta, cessando in solutione canonis, in emphyteusi ecclesiastica per biennium, in seculari per triennium, ipso jure cadit suo jure *l. 2. C. autb. qui rem C. de SS. Eccles. nisi incontinenti, seu, ut explicat Lauterb. b. t. ante domini declarationem, oblatione canonis, moram purgaverit. c. f. X. de locat.*

§. IX. Pater non potest donare filio suo *l. 17. l. 11. C. de donat. l. f. C. de vulg. & pup. subst. nisi emancipato d. l. 17. pr.* Cum igitur quis filium emancipat & statim ei donat; incontinenti autem Judex emancipationi decretum interponit, valet donatio, propter decretum incontinenti interveniens. *Tiraq. de retr. convent. §. 1. Gl. 5. n. 5.* Et ut aliquid donatum dicatur filio in praemium emancipationis, requiritur, ut donatum sit incontinenti, vel ante, vel post emancipationem. *Id. l. all. n. 6.*

§. X. Heres, ex certo hominum genere quibusdam, pro arbitrio suo, legatum praestare jussus, incontinenti, seu sine aliquo intervallo, hoc illis offerre debet, alias omnes legatum petere possunt *l. 24. ff. de leg. 2. & ibi Brunn.* Item si heres, a quo aliquid sub certa poena alternativè legatum est, poenam constitutam evitare vult, debet legatum praestare incontinenti, quod tamen capiendum est cum aliquo spatio *l. 1. §. 8. ff. ad l. Falcid.*

§. XI. Heres, a quo ratione fideicommissi, satis petitur, si offerat incontinenti se probaturum, nullum relictum esse fideicommissum, evitat satisfactionem fidei commissario praestandam, quod procedit, si paratus sit eodem die se iudici filtere. *l. 3. pr. ff. ut in poss. leg. serv. caus. tunc enim ante de fideicommissio, quam de satisfactione constare potest d. l. 3. Menoch. d. A. J. Q. lib. 2. cent. 2. cas. 10. n. 2. putat, non ad-*
mitten-

mittendam hic esse exceptionem, ad cuius disquisitionem necesse foret testes examinare vel instrumenta antiqua, de quibus disputatum esset, producere.

§. XII. In testamento solenni requiritur, ut subscriptio & subsignatio testium fiant uno contextu, seu incontinenti: continuus enim actus testamentarius esse & uno contextu fieri debet, in eodem loco & tempore, nullo actu extraneo interveniente *l. 21. §. 3. ff. de testam. l. 21. C. eod.* Non autem vitiat testamentum, si actus ad naturæ necessitatem intervenerit, *l. 28. C. eod.* *vid. Schneidevv ad pr. §. d. test. ord. sub rubr. de testam. solenni n. 7.* Præterea in testibus requiritur, ut ad actum testamentarium specialiter sint rogati *l. 21. §. 2. ff. de testam. l. 21. C. eod.* Satis tamen est, si perfectio jam testamenti rogentur, nam quod incontinenti suppletur idem operatur, ac si eodem tenore ac contextu esset factum. *Tiraq. de retr. convent. §. 1. gl. 5. n. 9.*

§. XIII. Ut ex una re duobus modis legata non correctio præsumatur, sed legatario liberum sit, quomodo petere velit legatum, requiritur, ut modi incontinenti subsequantur, v. c. ut quod purè, incontinenti sub conditione sit legatum *l. 89. ff. de condit. & demonstr. incontinenti enim nemo se corrigere præsumitur. Brunn. ad d. l. 89.* Ut quoque quis militi æquiparetur, necesse est, ut incontinenti cingi iustus sit. *l. 43. ff. de mil. test.*

§. XIV. Pacta, ut jure civili actionem producant, debent contractui adjici incontinenti *l. 7. §. 5. ff. l. 13. C. de pact. l. 3. C. de adil. act.* nam pacta incontinenti, tam contractibus bonæ fidei *d. l. 7. §. 5.* quam stricti juris *l. 27. C. de pact. & ibi Brunn. l. 40. v. dicebam ff. si cert. pet.* (exceptis pratoriiis stipulationibus *l. 52 ff. de V. O.*) adjecta, inesse videntur & pertinent ad actus correspondentes. *Card. Tulch. concl. 1044. tom. 1. Lit. C.* Hoc incontinenti explicatur in *all. l. 7. §. 5.* in congressu contractus & in *l. 8. C. de pact. int. emt. & vend. tempore contractus;*

B 3

imo

imò & statim post *d. l. 27. C. de pact.* Quod autem pactum de retrovendendo, sequenti die contractui adjectum, consuetudine Parisiensium pro incontinenti adjecto habeatur, tradit Tiraq. *de retr. convent. §. 1. gl. 5.*

§. XV. Ut duo contractus (v. c. mutuum & stipulatio) sint unus contractus, jus nostrum postulat, ut unus alterum incontinenti subsequatur *l. 6. §. 1. ff. de Novat.* nam tunc correspectivi esse censentur & alter alterius intuitu celebratus esse videtur. *vid. Card. Tusch. l. all.*

§. XVI. Ut ad Creditores privilegiarios, per debitoris personam, pecunia debitori soluta, pervenisse censeatur, requiritur, ut ista pecunia à debitore creditoribus incontinenti, non verò ex aliquo intervallo, numerata sit *l. 24. §. 3. ff. de privil. Cred.*

§. XVII. Depositum deponenti à depositario incontinenti est restituendum, non obstante illius petitioni exceptione compensationis *l. 11. pr. C. de positi* ubi additur ratio: quia non sub hoc modo depositum accepit, ut non concessa ei generetur retentio & contractus ex bona fide ortus ad perfidiam trahatur. Ampliatur hoc, etiamsi ab utraque parte quid fuerit depositum, imò, quamvis depositarius creditori deponentis, retentionem per jus jurandum affirmaverit; tamen sub defensionis cautela incontinenti (scilicet quam celerrimè, sine aliquo obstaculo, prima fronte *d. l. 11. pr.* quam ocysimè *d. l. 11. §. 1.*) res deposita deponenti est restituenda. Fallit tamen hoc & locum habet exceptio compensationis, in casu, quando tibi mutuatus sum centum & illa incontinenti apud me deposuisti; quia tunc depositum pendet à mutuo, ratione correspectivitatis & conjunctionis. Actuum autem correspectivorum ea natura est, ut, quod inest uni, inest alteri, & licet sint diversæ naturæ, tamen unus judicentur. *Card. Tusch. d. l.*

§. XVIII. Is qui rem aliquam oppignoravit, & sortem
cum

cum usuris reddere promisit, postea, numeratione sortis facta, debet incontinenti designare, se in sortem solutionem facere; alias enim creditor potest solum in usuras, computare. *per l. 21. C. de Usuris & ibi Brunn.*

§. XIX. Ut stipulatio valide celebretur, inter alia leges nostræ desiderant, ut responsio interrogationem incontinenti subsequatur *l. 1. §. 1. ff. de V. O.* continuus enim actus stipulantis & promittentis esse debet *l. 137. pr. §. 1. ff. de V. O.* quod nec hodie est mutatum. *vid. Wesenb. ad ff. de V. O. n. 12.* Hoc incontinenti ita accipiendum est, antequam contrahentes ad alia negotia discesserint *l. 12. pr. ff. de duob. reis.* Ita tamen hoc intelligendum est, ut aliquod momentum naturæ non excludatur. *d. l. 137. pr.* nam modicum intervallum non vitiat stipulationem. *l. 1. §. 1. ff. de V. O. & ibi Brunn. l. 6. §. 3. ff. de duob. reis.*

§. XX. Qui dotem promisit, redditionem ejus sibi incontinenti stipulari debet; postea enim redditionem stipulari volens, non auditur, *per l. 9. C. de pact. convent.* ratio est, quia, intermissa stipulatione, magis donasse mulieri, quam sibi aliquod jus reservasse videtur *l. un. §. 13. C. de rei ux. act.* Pater quoque qui dotem dat & stipulatur, si in suam personam, invitâ filiâ, de dote actionem transferre vult, debet illam, vel incontinenti vel ante nuptias stipulari; postea verò, seu ex intervallo, nihil agit, quia deteriores filiae conditionem in dote facere non potest, *per l. 29. ff. solut. matr.* Incontinenti autem hic sumendum pro tempore oblationis, seu promissionis *per all. l. 9.* seu, ut vult Alberic. de Rosat. *loc. supra all.* quamdiu contractus adhuc est revocabilis per poenitentiam.

§. XXI. Ut contractus emtionis & venditionis præsumatur simulatus, venditor incontinenti pactum de retrovendendo adjecerit, vel emtori pretium restituerit, necesse est: nam, cum venditiones soleant fieri, ut res perpetuò penes emtorem sit,
& pi-

& pignorationes, quousque debitum solvatur *l. 9. §. 1. ff. de Pign. act.* ex modico intervallo præsumendum, venditorem non voluisse vendere sed oppignorare. *vid. Mascard, de prob. tom. 1. concl. 439. n. 18. Menoch. de A. J. Q. lib. 2. cent. 2. cas. 13. n. 1. seqq.*

§. XXII. Vendo tibi animal sanum tempore venditionis, si tamen, perfecta venditione, incontinenti superveniat vitium vel infirmitas, tunc venditor tenetur: nam ex incontinenti superveniente morbo præsumitur, quod jam res ante venditionem fuerit vitiosa, adeò, ut emptor liberetur ab onere probandi, rem ante venditionem jam fuisse vitiosam, quod illi per *l. 2. ff. de probationibus* aliàs incumberet. *vid. Spreng. de modico c. 4. n. 7.* Non obstat quod per *l. 1. C. de peric. & comm. rei vend.* omne periculum seu damnum, circa rem venditam emergens, ad emptorem spectet; & quod hic contractus sit perfectus; nam incontinenti quæ fiunt censentur inesse *vid. Sing. Dd. tom. 1. sing. 614. p. 427.* Quod autem æstimatio dotis incontinenti facta, in dubio faciat emptionem, tenet Spreng. *de mod. c. 4. n. 8.*

§. XXIII. Dominus factum non veri procuratoris incontinenti ratum habere debet *l. 13. ff. de solut. l. 12. §. 3. ff. rem rat. hab.* nam tunc rati habitio mandato comparatur *l. 12. §. ult. ff. de solut.* Si verò postea ratum habuerit, repellitur doli mali exceptione *d. l. 12. §. 2.* Quod incontinenti explicatur *l. 13. & l. 12. §. 2.* quam primum certior factus est, quod tamen ἐν πλάτει, i.e. cum laxamento & amplitudine, & cum quodam spatio temporis accipiendum est; nec minimo, nec maximo, quod magis intellectu percipi, quam elocutione exprimi possit.

§. XXIV. Si pater, cujus filius, sub potestate adhuc constitutus, quasi ex mandato ejus, pecuniam accepit & literas ad eum emisit, ut pecuniam illam solveret, factum filii sui improbare vult, debet incontinenti interponere testationem

con-

contrariæ voluntatis *l. 16 ff. de SCt. Maced.* Aliàs conjunctionis favore præsumitur probare literarum contenta. Goth. *ad d. l. 16. ex l. 34. ff. Mandati. vid. l. un. ff. furti adv. naut.* Quod incontinenti ita explicandum est, ut patri tempus legendi, cogitandi & consulendi peritiores, concedatur. Eodẽ modõ mercator, literis cambii acceptis & lectis, incontinenti illis contradicere debet; aliàs enim illas acceptasse censetur *arg. l. un. ff. furti adv. naut.* nec potest solutioni contradicere, licet mercator, qui literas scripsit, facultatibus fuerit lapsus, sufficit enim quod semel epistolæ consenserit, qui consensus pro pacto est, *l. 15. ff. de fundo dotali vid. Spreng. de modic. c. 10. n. 2.*

§. XXV. De jure Can. parentes, quorum liberi nolentibus, & nescientibus ipsis, habitum regularem susceperunt, illum in liberis visum incontinenti abdicare debent; aliàs liberi nullõ modõ ad secularem habitum reverti possunt. *c. si in qualibet 1. quest. 2. causa 20.* Hoc incontinenti autem ex opinione Alberic. de Rosat. *loc. supr. all. per c. puella 2. quest. 2. c. 20.* pro uno anno accipiendum est.

§. XXVI. Si promissionem metu factam, sequitur incontinenti solutio, illa quoque metu facta esse præsumitur. Tiraq. *de retr. conv. §. 1. gl. 5. n. 21.*

§. XXVII. Ut fur dicatur manifestus, leges nostræ volunt, ut incontinenti, i. e. eõ ipsõ momentõ, quo furtum commisit, cum re furtiva deprehendatur *l. 6. ff. de furt. & ibi Goth.* Non verõ fur manifestus est ille, qui post diẽm furti commissi demum deprehenditur *l. 3. §. ult. l. 4. ff. de furt. Ord. crim. art. 157. & 158. Lauterb. comp. p. m. 507.*

§. XXVIII. Retorsio illatæ injuriæ debet fieri incontinenti, servato scilicet moderamine inculpatae tutelæ *l. 45. §. 4. ff. ad l. Aquil. l. 1. C. unde vi. arg. l. 12. §. 1. ff. quod metus caus. sive illa fiat verbis ore prolatis; sive in scriptis. Struv. de vind. priv. c. 10. aph. 4. n. 1. seq.* Nam ea quæ incontinenti fiunt habent

C

spe-

speciem defensionis; quæ autem ex intervallo, speciem ultionis. Dn. Hopp. *ad §. f. f. de injur.* Hoc autem incontinenti variè à Dd. explicatur. *vid. Spreng. de mod. c. 10. n. 8.* tamen intelligendum est, statim postquam injuria ad notitiam injuriati pervenit & hic commodè retorquere potuit. Hinc, si quis audiat injuriam sibi inferri, illam statim retorquere debet; injuria autem absenti illata retorquenda est quàm primùm illam injuriatus resciverit. *vid. Struv. d. l. quod Dd. plerique ad l. 3 ff. de f. & f. extendunt etiam ultra decennium vid. Coll. Arg. tit. de injur. n. 19.* Ut autem actio injuriarum alicui injurato competat necesse est, ut injuriam non dissimulaverit; sed passus incontinenti ad animum revocaverit *§. ult. f. de injur.*

§. XXIX. Ut quis non possit conveniri in loco contractus, necesse est, ut statim sit recessurus. Brunn. *ad l. 19. §. 2. ff. d. Judic. ex c. 1. §. contrabentes de foro competenti in 6.* Reconventionem autem solum fieri posse in exordio litis i. e. in ipsa litis contestatione vel ante vel incontinenti post *ex c. 1. X. de mut. petit. & clem. saepe de V. S. asseritur in Sing. Dd. tom. 2. p. 166. n. 2.* Et quod coram Judice, quoad utramque partem competente, in reconventionem non possit procedi per viam simultanei processus, nisi reconventio sit instituta ante litis contestationem, vel incontinenti post, traditur *sibi n. 9.*

§. XXX. Si reus post triduum (quod in purgatione moræ pro modico tempore computatur;) incontinenti comparuerit, eò ipsò moram purgatam esse dicit Spreng. *de modic. c. 6. n. 5.*

§. XXXI. Satisfactio ratihabitionis à procuratore ante non vero post litem contestatam, est exigenda *l. 40. §. 3. ff. d. Procur. quod limitatur; nisi incontinenti post litem contestatam exigatur. Tiraq. de retr. conv. §. 1. gl. 5. n. 3.*

§. XXXII. Intervenendo se opponens incontinenti suum inter-

interesse probare debet, quod facere potest productis testibus & instrumentis *c. veniens 38. X. de Testib. vid. Menoch. de A. J. Q. l. 2. cent. 2. cas. 18. n. 3.*

§. XXXIII. Si negans postea incontinenti confitetur, negasse non videtur & evitat pœnam statuti punientis negationem. Tiraq. *d. l. n. 20.* Et quod mercator, qui malè denunciavit merces, si incontinenti revertatur & melius denunciaret, evitet pœnam statutam, tenet Card. Tusch. *concl. 80. lit. J. tom. 4.*

§. XXXIV. Testes, quando non studiosè in proferendo erraverunt, debent se incontinenti corrigere aliàs reprobantur *c. 7. X. de test. cog.* Hoc incontinenti Dd. intelligunt, durante judicio, antequam à præsentia judicis discedant & nondum allocuti sunt partem, *vid. can. apud misericordem 10. quest. 1. caus. 32. Et ibi gl. quam ut notabilem citat Menoch. de A. J. Q. lib. 2. cent. 2. cas. 118. n. 5. conf. Spreng. de mod. c. 10. n. 4.*

§. XXXV. Positiones seu confessiones judiciales possunt minui vel revocari incontinenti, seu antequam à parte adversa sunt acceptatæ & ad acta relatæ. *Gl. in c. apud misericordem 10. quest. 1. caus. 32.* Imò postquam redactæ in actis & à partibus acceptatæ sunt, dummodo id fiat incontinenti, cum probatione erroris. *c. cum in positionibus 3. de Jurejur. in 6.* quod Dd. à Card. Tusch. *concl. 80. lit. J. tom. 4.* allegati, perperam pro triduo explicant. *arg. l. f. C. de err. adv. vid. Mascard. de Prob. vol. 3. concl. 1176.*

§. XXXVI. Notarius potest incontinenti corrigere suum instrumentum etiam in iis quæ respiciunt partes. Tiraq. *d. l. n. 19. vid. c. ex literis 3. X. de fid. instrum.*

§. XXXVII. Heres, qui inventarium de cujus beneficio excipit, non exhibet, non condemnatur; si modò vel ante exhibuit vel incontinenti exhibere paratus sit. *vid. Mev. part. 2. decis. 248.*

§. XXXVIII. Juramentum voluntarium, seu delatum à partibus, vel remitti vel incontinenti præstari debet, aliàs si quis postea jurare paratus sit, non admittitur. *l. 5. §. 5. & l. 6. ff. de Jurejur.* inest enim juramento voluntario & Judiciali tacitè hæc conditio; si incontinenti juretur *Goth. ad d. l. 5. §. f.*

§. XXXIX. Partes litigantes ante litis contestationem debent jurare de calumnia *l. 2. C. de Jur. propt. cal. dand.* sufficit tamen, si etiam incontinenti post, juramentum calumniæ præstent. *Tiraq. d. l. n. 2.* Et quod testes debeant jurare antequam deponant dicitur in *l. 9. C. de testib. c. nuper §. 1. X. de testib. c. hortamur 29. quest. 9. caus. 3. c. cum in posit 3. de jurejur. in 6;* sed sufficit, si modò incontinenti, postquam testimonium suum perhibuerunt, jurent, omnia ita esse atquè deposuerunt. *Tiraq. d. l. n. 8. Spreng. de mod. c. 6. n. 8.*

§. XL. Maritus bona intestatæ uxoris, omnibus frustrationibus amputatis, per interdictum Quorum bonorum, in consanguineos ejus, quos responsa prudentum & ipsa lex naturæ successores faciunt, transferre debet, salva tamen actione proprietatis, *l. ult. C. quorum bon.* quod limitant *Dd.* nisi exceptionem dominii incontinenti probare possit. *Brunn. ad d. l. ult. Hahn. ad b. t. ff. n. 6.*

§. XLI. Ut in interdicto uti possidetis admittatur exceptio dominii, illa incontinenti probari debet, uti ex *Angel. in l. 8. C. Unde vi.* asserit *M. A. Natta conf. tom. 1. p. 94. sum. 14.* Dicitur autem quis probare incontinenti per instrumentum, in quo ipse est descriptus & nominatus, non autem si vult venire ex interpretatione. *Dec. conf. 429. n. 19.*

§. XLII. Ingressus possessionem ignorante domino, per ipsum dominum incontinenti (ex quo id illi innotuit) repelli potest; nec illi exindè competit contra dominum interdictum possessorium *c. olim. 12. X. de rest. Spol.* Et vim passo qui antea vim fecerat, non succurritur à Præatore, si illi incontin-

tinen-

tinenti vis illata sit, nam tunc quod fecit passus est. *l. 12. §. 1. ff. quod metus caus.*

§. XLIII. Qui justè possidet, non tantùm ad defendendam suam possessionem, cum moderamine inculpatae tutelae, vim illatam potest propulsare *l. 1. C. unde vi.* verùm etiam vi de possessione dejecto, licet spoliatorem propria auctoritate iterum dejicere, sed incontinenti *l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm.* nam tunc in pristinam causam potius reverti, quam vi possidere, intelligendus est *l. 17. ff. eod.* præsertim cum ea quæ incontinenti fiunt, habeant speciem defensionis, adeòque jure sint permissa *l. 1. §. 27. eod.* Quæ verò ex intervallo speciem tumultus & vindictæ præferant, adeòque jure sint prohibita *l. 45. §. 4. ff. ad l. Aquil.* vid. Dn. Hopp. *ad §. 6. J. de Interd.* Quod incontinenti quidem explicatur in *d. l. 17.* in ipso congressu, & à Goth. *ad d. l. 3.* in ipsa concertatione, in *l. 18. §. 3. ff. de A. vel A. poss.* & in jure Can., ex quo id illi innotuit *c. 12. X. de restit. spol.* Verùm à quamplurimis Dd. extenditur, quam primum poterit, Brunn. *ad d. l. 3. n. 6.* seu ad tantum temporis spatium, intra quod quis homines cogere & alia quædam ad recuperandam possessionem potuit præparare. *arg. l. 15. §. 3. ff. ex quib. caus. maj.* Dn. Hopp. *ad d. §. 6.* Quo collimant verba *Ordin. pac. publ. de An. 1521.* Wenn Er seine Freunde und Helffer haben mag *vid. Gail. de pac. publ. c. 16. n. 14.* Struv. de vind. priv. *c. 6. apb. §. n. 1. seqq.* Quod interdum etiam ad 6. menses, imò ad decennium extenditur, si scilicet spoliatus quis est fortalitio à potente, cujus recuperatio est difficilis. Card. Tusch. *tom. 7. concl. 393. lit. S.* nam tunc satis incontinenti dicitur castrum recuperatum, si deindè convocatis amicis & instructo exercitu recuperari possit. Menoch. *de A. J. Q. l. 2. c. 2. cas. 11. n. 2.* Imò quod perpetuò quamdiu quis retinet possessionem civilem, quæ in nostro casu retinetur per *l. 18. §. 3. ff. de A. vel A. poss.* spoliatus possit inquietare & iterum dejicere

detinentem rem alienam, defendit Tusch. *l. ad.* Nam licet ita ex intervallo fiat recuperatio, quia tamen semper dicitur durare rixa & dum quis se preparat ad recuperandum animo tenet eandem possessionem & tacite rixatur cum illo qui rem violenter tenet, ejusmodi recuperatio non pro spolio, sed possessionis continuatione est habenda, qui autem continuat possessionem spoliare non videtur *vid. Wesenb. conf. 19. p. 1. n. 49. Gail. d. l.*

§. XLIV. Si verò spoliator, qui alterum vi dejecit, vult satisfacere de possessione incontinenti restituenda, & omnimodò satisfacere, non debet iterum vi dejici, ratio; quia tunc violenta dejectio non ad defensionem sed ad ultionem tenderet contra *l. 45. §. 4. ff. ad. l. Aquil. vid. Petri de Unzola Pract. art. Not. p. 150. n. 7. quæ extat in Tr. Tract. vol. 3.*

§. XLV. Sed quæritur: an spoliator per exceptionem dominii incontinenti probandam impedire possit restitutionem spoliati ante omnia faciendam? resp. cum Mascard. *de Prob. vol. 3. concl. 1176.* disting. inter spoliatorem propriè & fictè sic dictum, de quo *in l. f. C. unde vi.* Prior non auditur cum exceptione ista (1) quia jus suum amisit *per l. 7. C. unde vi c. eum qui 18. de præbendis in 6. (2) ne ex delicto suo commodum sentiat contra l. 37. ff. de minor. l. 12. §. 1. ff. de furt. (3) ne delinquendi occasio præbeat contra l. 176. pr. ff. de R. J. l. 5. pr. ff. de pact. dot. c. quanto 7. inf. de divort.* Nec obst. regula *l. 8. ff. de Except. doli,* quæ non obtinet in interdicto recuperandæ possessionis; Posterior autem admittitur, quia non per vim sed vitio aliquo ad illum venit possessio. Hinc minimè video, ex qua ratione idem Masc. *concl. 328. n. 9.* ecclesiæ hoc privilegium tribuat, ut scilicet spoliatus nomine ecclesiæ, propter exceptionem dominii incontinenti probandam, non sit restituendus.

§. XLVI. Excipiens de spoliatione à tertio sibi facta,
in-

incontinenti, seu intra tempus à Judice sibi statuendum, debet restitutionem petere, alias accusatur exceptione non obstante *c. 1. de restit. spol. in 6.*

§. XLVII. In materia exceptionum notandum est, quod, quamvis exceptiones dilatoriæ sint opponendæ ante litem contestatam per *l. ult. C. de Except.*, tamen admittantur, si incontinenti post lit. contest. opponantur J. B. Asinius Eq. Florent. *in Comm. ad Jus statut. Flor. p. 198. n. 1.* quod generaliter procedere ait Tiraq. *de retr. convent. §. 1. Gl. 4. n. 4.*

§. XLVIII. Multæ quoque exceptiones admittuntur, si incontinenti probari possunt, quæ aliàs rejicerentur, v. c. exceptiones litis ingressum impediens. M. A. Blanc. *de comprom. fol. 106.* qui extat in Tr. Tract. *vol. 15.* quales sunt exceptiones privilegiatæ, Wesenb. *conf. 3. n. 31.* qui tamen ad harum probationem incontinenti faciendam non admittit testes.

§. XLIX. Reus actori excommunicationem objiciens, debet illam incontinenti, i. e. intra terminum competentem, probare *c. prudentiam 20. §. sexta X. de off. deleg.*

§. L. Contra missionem in possessionem rerum hereditariarum non admittitur aliqua exceptio *l. 2. C. de Ed. D. Hadr. toll.*, nisi illa incontinenti probari possit. Spreng. *de mod. c. 10. n. 5. conf. Brunn. ad t. C. de Ed. D. Hadr. toll.* Et dici hic incontinenti probare illum, qui nominatus est in testamentis quæ producuntur; non verò eum, qui ex interpretatione verborum, quæ in testamento habentur, vult suam intentionem probare, asserit Dec. *conf. 424. n. 19.* Quod autem exceptio juris notorii, quæ obstat possessorio, si incontinenti probetur, impediatur restitutionem vult Wesenb. *conf. 6. n. 66.*

§. LI. Exceptio compensationis ut locum habeat requiritur, ut sit incontinenti liquidabilis, seu non multis ambagibus innodata, ut possit judici facilem sui exitum præstare

stare §. 30. *J. de act. l. 22. ff. de compens. & ibi Goth. l. ult. C. de compens.*

§. LII. Quod in Ducatu Bremensi constitutum sit, ut, quando debitum ex cognitione chyrographi, vel confessione debitoris liquidum est, immissio fiat; nisi reus opponat exceptionem sufficientem incontinenti probandam, dicit Mev. *p. 3. decis. 319.* Et quod is qui instrumentorum guarentigiatorum executionem impedire vult, debeat opponere exceptionem, vel notoriam, vel incontinenti probabilem, generaliter asserunt Rauchb. *quest. 25. Menoch. de A. J. Q. lib. 2. cent. 2. cas. 17. n. 7.* Sed quid in hisce casibus dicatur incontinenti, de hoc Dd. variè dissentiunt, de quibus *vid. Rauchb. l. all.* Plerique hoc Judicis arbitrio committendum esse censent Menoch. *d. l. Colerus in Proc. execut. p. 4. c. 11. n. 18. & 29.* ait, exceptionem incontinenti liquidabilem dici, quæ potest probari intra terminum judicatis ad solvendum indultum, seu intra tempus executionis, *conf. Masc. de Prob. vol. 2. concl. 929. n. 12. & Menoch. d. A. J. Q. l. 2. cent. 2. cas. 9. n. 3.* quod in foro Imperii est tempus quadrimestre *l. f. C. de usuris rei jud. junct. l. 31. ff. de re jud.* In foro Saxonico sex septimanarum & trium dierum *L. R. l. 1. a. 70. ibique Gl. n. 9. & l. 2. a. 24. pr. Weichb. art. 27. & 64.* Et quod in Saxonia probatio incontinenti fieri dicatur, quæ fit intra terminum executioni præfixum, seu binnen einer Sächsischen Frist/ ita ut post ulteriori deductione non indigeat, ex *Ordin. Elect. de An. 1583. Torga §. da aber dennoch* asserit Rauchb. *d. l. Schvwendend. proc. p. m. 207. §. 15. & p. 450. reg. 9.* Sed Colerus *d. l. & Berlich. p. 1. concl. 84. n. 80.* ab hac probatione perperam excludunt illam, quæ fit per testes (1) ideo quia illa altiorem indaginem requirit (2) quia creditori non indulgetur parata executio, nisi probet debitum incontinenti per instrumenta guarentigionata. *Col. d. l. n. 24.* E. quoque debitori non danda est exceptio, nisi per ejusmodi instrumenta
asser-

assertionem suam probet, cum debitor & creditor sint correlativa, & quod de uno statutum est de altero quoque obtineat, *per vulgata*. Quibus resp. ad (1) quod hic intelligatur ejusmodi probatio per testes, quæ altiorum indaginem non requirit, quod contingit, si testes sint omni exceptione majores, qui fidem irrefragabiliter facient, si probant dilucidè intentionem producentis, ita, ut nihil reliquum sit, quod altiorum indaginem post testimonia habiturum sit: tunc enim nulla lex aut ratio prohibet, quo minus audiendus sitis, qui testibus exceptionem suam probare vult, intra illud tempus, quod probationi per instrumenta indulgetur, i. e. juxta ipsum Colem, tempus executioni præfixum *vid. Mev. p. 8. decis. 315*. Ad (2) resp. rationem istam non perpetuò obtinere, ut enim Creditoris seu actoris; ita etiam debitoris seu rei, partes, interdum favorabiles sunt *l. 125. ff. d. R. 7*. hunc enim Judex in dubio potius absolvere, quam condemnare debet *arg. l. 47. ff. de O. & A.* hujus quoque favor præcipuè prævalet in probationibus *vid. l. 4. & l. ult. C. de edend. l. 2. C. de probat. l. 7. C. de test.* & ita quoque in nostro casu. Non tamen in illo debitori conceditur suam probationem conscientiam actoris committere *vid. Berlich. p. 1. concl. 23. n. 19*. deferre enim juramentum non est probare incontinenti *Cz. proc. Jur. l. 11. a. 1. n. 15*.

§. LIII. Incontinenti autem facienda probatio laxius spatium recipit, ex facto adversarii, si ille recusat edere instrumenta, per quæ alteri intentio sua probanda est, nam tunc obtinet regula, quod pro facto habeatur, quod per alium stat, ne fiat. *l. 24. ff. de condit. & demonstr.* & quod mora cuique sua, non alteri nocere debeat. Ubi enim negatur instrumenti existentia & ejus probatio altioris indaginis existit, probatio ista pertinet ad processum ordinarium. *vid. Mev. p. 6. decis. 234*.

§. LIV. Contra tres conformes sententias nulla exceptio est admittenda, ad impediendam illarum executionem,

D

clem.

clern. ut calumn. 12. de sent. & re jud. quod limitatur à Dd.; nisi opponens exceptionem nullitatis, illius probationem incontinenti offerat. vid. Mynsing. obs. 4. cent. 6. n. 3. seq. Et quod, contra executionem trium sententiarum, quis integrum restituatur, si incontinenti læsionem probare potest, dicit Menoch. de A. J. 2. lib. 2. cent. 2. cas. 9. n. 3.

§. LV. Qui delationem appellationis adversarii, ex capite novitatis seu spoli, post appellationem legitimè interpositam, sibi facti, impedire vult, debet illud incontinenti probare; & tunc is qui spolium commisit, cum Judex in propria causa extiterit, se beneficio appellationis indignum reddidit. *c. an sit. 42. X. de appell. vid. Menoch. d. l. cas. 16. n. 2. seq.*

§. LVI. Patri datur facultas occidendi adulterum in filia *l. 23. pr. ff. ad l. Jul. de adult.* quam in potestate habet *l. 20. & 21. ff. eod.* in ædibus suis vel in domo generi *l. 22. §. 2. l. 23. §. 2. ff. eod.* deprehensum; ita tamen, ut quoque incontinenti filiam occidat *all. l. 20.* nam lex parem in eos qui deprehensi sunt, indignationem exigit & severitatem requirit *l. 32. ff. eod.* Quod incontinenti accipiendum, quasi uno ictu atq; impetu, æquali ira adversus utrumque sumta, quod etiam factum censetur, si filia profugiens, à patre insequente, etiam interpositis horis occisa fuerit *l. 23. §. 4. ff. eod.* Item si mulier graviter vulnerata fuerit, nam tunc magis fatò; quam voluntate patris, servata censetur *d. l. 32. pr.* De Jure quoque Canonico is, qui clericum cum uxore, matre, sorore vel filia (non autem cum persona remotiori consanguinitatis linea conjuncta) turpiter inventum, incontinenti cœperit; vel illi violentas manus injecerit, liber est à sententia excommunicationis *c. si vero 3. X. de sent. excomm.*

§. 57. Qui arma portavit, non tenetur pœna *l. Corn. de sicariis* expressa, si illa incontinenti deposuerit, Spreng. *de mod. c. 6. n. 6.* Nec hac lege tenetur is, qui aggressorem occiderit,

derit, nam vim vi repellere omnes leges omniaque jura permittunt *l. 45. §. 4. ff. ad l. Aquil. c. si vero 3. X. de sent. ex comm.* adhibitō tamen moderamine inculpatæ tutelæ, in quo attendendum est tempus legitimum, scilicet, ut incontinenti fiat, non ex intervallo *l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm.* quod explicatur, in ipso congressu *l. 17. ff. eod.* periculo nondum sopito, durante scilicet offensione, germ. auff frischer That. *vid. Const. Car. A. 142.* Nam, cessante offensione cessat defensio, cum sint correlata. Antequam nempe ad extraneos actus deventum est, hoc enim factō, non amplius vis infertur, sed judicis adeundi copia datur. *Dn. Hopp. ad §. 2. 7. ad l. Aquil.* Sic cessat defensio & violentiæ propulsatio, si aggressor pedem referat & fugere incipiat; nisi id faciat animo redintegrandæ pugnæ & vires recolligendi & arma. Multō minus convenit adversarium ab alio constrictum lædere & gladiō ferire: nam tunc, cessante periculo offensionis, cessat quoque defensionis necessitas. *vid. c. significasti 18. X. de homicid.* Moderata enim defensio esse debet & ad offensionem proportionata. *vid. Brunn. ad l. 3. ff. de 7. & 7. & ibi all. Cz. pr. crim. quest. 8. n. 23.* Non tamen quis tenetur expectare primum ictum; sed quis prius percutere potest, ad evadendam percussione adversarii *vid. l. 3. C. ad l. Corn. de sic. l. 4. ff. ad l. Aquil.* dummodō verisimilia præcedant indicia & manifesti actus, quod alter voluerit offendere; hic verō se aliter defendere non potuerit. *vid. Fr. Arias Tr. de bello & bellatorib. qui extat in Tr. Tr. vol. 12.* nam tunc necessitas facit excusabile quod aliàs tale non esset *l. 27. ff. de manum. testam. l. 7. §. 3. ff. quod vi aut clam &* quod ob tutelam corporis sui quis fecit justè fecisse, videtur *l. 3. ff. de 7. & 7. l. 2. C. ad l. Corn. de sic.* In dubio autem, provocatus seu invasus præsumitur omnia fecisse ad sui defensionem; non ad vindictam, cum defensio sit de genere permissorum & sic dolum excludat. *Gail. de pac. publ. c. 16. n. 11.* Sed quæritur

quomodò puniatur is, qui aggressorem, amplius percutere nolentem percutiat; resp. punitur ut culpabilis; non ut dolus, cum inconsultus calor calumniæ vitio careat *l. r. §. vel ff. ad Scit Turpill.*

§. LVIII. In statut. Hamburg. *lib. 1. t. 3. c. 4.* illatum alicui vulnus debet incontinenti indicari & examinari, *jung. Const. Crim. Car. art. 147. & 149.* Et poenam capitis obtinere, si vulneratus telo lethifero incontinenti decedat, indubitati juris est. Sed quaritur, an ordinaria ista poena sit remittenda, si cadaver sine inspectione terræ mandetur; Negat hoc post alios Dn. Stryk. *in dissert. de Jure sens. c. 3. n. 33.* cujus rationes *vid. l. all.*

§. LIX. Recipiens bannitum, si illum incontinenti dimiserit, non punitur. *Spreng. de mod. c. 4. n. 8.* Sed si quis occiderit bannitum & vestem illi abstulerit, reus est criminis expilatæ hereditatis, *l. 4. C. de sepulchr. viol.* quia licentia offendendi bannitum morte finita est *l. 20. ff. d. pæn.* Quod procedit, si ex intervallo hoc factum sit; non verò si incontinenti, antequam scilicet ad actum extraneum se converterit occidens bannitum, illum veste spoliaverit: quæ enim incontinenti fiunt censentur inesse; non verò quæ ex intervallo. *Sing. Dd. tom. 2. p. 92. n. 21.* Per hanc regulam quoquè non dicitur, quod is vinculis liberatus fuerit, qui, post relaxata vincula, incontinenti iterum incarceratus est. *Spreng. de mod. c. 7. n. 1.* Hac regula autem non habet locum in Judice qui functus est officio suo per verb. absolvo, condemno. *Card. Tutch. tom. 4. concl. 81. lit. J.* & hinc rejicienda mihi videtur assertio *Tiraq. in Tr. de retr. conv. §. 1. gl. 5. n. 17.* videlicet, sententiam definitivam incontinenti revocari posse.

§. LX. Competit Statui in Imperio persecutio & captivatio delinquentis in alterius territorio, germ. *Die Nacheyle von einer Obrigkeit in die andere.* propter jus vicinitatis & actus

actus indivisibilitatem, modo persecutio ista incontinenti facta fuerit. Sveder. *Introd. J. publ. part. spec. sect. 2. c. 13. §. 13.*

§. LXI. Ultimo loco occurrit nobis quaestio, quam tractat Troil. Malvatus in *Tr. de Canonisatione Sanctorum n. 26.* qui extat in *Tr. Tr. vol. 15. p. 220.* scilicet: an sit de essentia miraculi, ut illud fiat incontinenti? resp. distinguendo; aut illud, quod miraculosè fit, potest fieri modo naturali; aut non: priori casu omninò necesse est, ut fiat incontinenti, nam si ex intervallo contingeret, non esset miraculum, cum & Medicus naturaliter, successu temporis, febrim curare possit; posteriori verò casu non opus est, ut id fiat incontinenti, cum etiam curatio facta ex intervallo involvat miraculum, cum res modo naturali non possit expediri. Nec obst. quod Salvator noster miracula sua expediverit incontinenti, ut patet ex *Matth. VIII. vers. 3. cap. IX. 22. XV. 28. XX. 34. Luc. cap. VIII. vers. 47 & 55. & c.* Is enim voluit ostendere, se esse filium Dei & miracula illa effici virtute ejus propria, quod populus, aliàs obstinatè incredulus, multò minus credidisset, si miracula ejus ex intervallo tantùm sortita fuissent effectum. Quæ ratio cum hodie cesset, non opus quoquè est miraculis incontinenti editis. *c. cum cessante 6. de Appell. arg. l. 6. §. 2. ff. d. J. patron.*

CAP. V.

De Affinibus & Contrariis.

§. I.

Affinia sunt tempora reliqua, expediundo alicui negotio; sed non sub voce incontinenti, præscripta. Huc pertinent tempora dilationum, termini & fatalia judiciorum atq; aliquò modò tempora usucapionum & præscriptionum. &c. Huc conferendæ sunt leges sequentes: *l. un. ff. de gland. leg. junct. l. 9. §. 1. ff. ad Exhib. quæ à Gothofr. ad l. 3. C. de err. adv. ad incontinenti referuntur. it. l. 45. §. 10. & l. 46. §. 4. ff. de Jure*

D 3

fisc.

fisc. l. 2. C. de Usur. quas ipse Cz. ad incontinenti retulit lib. 4. tit. 7.
Resp. 56. n. 9. It. l. 1. §. 13 ff. de separat. l. 2. C. de secund. nupt. l. ult.
C. de jure delib. l. 101. ff. de R. J. l. 19. C. de leg. c. multa 38. X. de
prob. & dign. l. 25. pr. ff. ad l. Jul. de adult. l. 5. §. 5. ff. de Appell.
quæ correctâ est per Nov. 23. c. 1. l. 217. ff. de V. S. l. 1. §. 5. & 11. ff.
quand. appell. sit. l. 6. §. ult. C. de Appell. quæ correctâ est per
autb. hodie. eod. c. ad quod consultum 15. X. de sent. & rejud. c.
anteriorem 28. q. 6. caus. 2. l. un. §. f. C. ut omnes jud. autb. offera-
tur. C. de lit. contest. l. 24. C. de Appell. c. ult. §. iudicibus q. 6. c. 2.
l. 14. §. 2. C. de non num. pec. §. 16. J. de Excus. Tut. l. 13. §. 9. ff. l. 11.
C. eod. l. 38. pr. ff. de edil. edict. l. 31. §. 22. l. 28. ff. eod. l. 6. C. ad l.
Jul. de adult. l. 11. §. 6. ff. eod. l. 28. ff. eod. l. 37. §. 1 ff. de min. §. 4. J.
de bon. poss. l. 3. ff. unde cognati. l. 1. §. 6. ff. de success. edict. l. 2. C.
qui adm. ad bon. poss. l. 2. ff. de J. delib. l. un. C. de nov. op. nunc. c.
ult. X. eod. autb. quod locum C. de dote caut. non num. Nov. 100.
c. 2. l. 11. l. 52. §. 10. ff. pro socio l. 4. C. de edil. priv. l. 19. §. ult. l. 55.
ff. de edil. edict. l. 2. C. de edil. act. l. 6. C. ut in poss. leg. l. 5. §. 16. ff.
eod. c. un. §. verum. de J. patron. in 6. l. 5. C. de injur. auth. qui ap-
pellat C. de temp. & repar. appell. Nov. 49. in praef. & c. 1. §. un. J.
de lit. Obl. l. 14. pr. C. de non num. pec. l. ult. C. de dolo malo l. 2. C.
de Sponsal. l. 13. §. 1. C. de Jure emphyt. l. ult. C. de repud. & abst.
bered. l. 8. ff. de J. delib. c. laudabilem 5. c. literas 7. X. de frigid.
& malef. Nov. 22. c. 6. l. ult. C. de temp. rest. in integr. c. 1. de restit.
in integr. in 6. l. 1. C. de quadr. prescr. l. 6. §. 7. ff. si quis ommissa
causa l. 10. pr. ff. de divers. temp. l. 1. §. 2. ff. de Jure fisci l. 29. §. 6.
ff. ad l. Jul. de adult. l. 5. C. eod. l. ult. C. si maj. fact. al. l. 16. §. 34.
in f. de inoff. test. l. ult. C. de inoff. donat. pr. J. de usucap. l. 9. &
ult. C. de prescr. long. temp. l. 1. ff. de nund. l. 13. §. 1. ff. de divers.
temp. l. 13. C. de servit. l. un. C. de usucap. transf. l. 12. C. ad l. Corn.
de fals. l. 3. ff. de requirend. vel abs. damn. autb. quas actiones C.
de SS. Eccl. Nov. 131. c. 6. c. de quarta 4. c. ad aures 6. c. illud 8. X.
de prescript. c. neque decennu 3. q. 3. c. 16. l. ult. C. de aleat. l. 56. ff.
de usufr. l. 8. ff. de usu & usufr. & reditu. 2. F. 20. in f. §. II.

§. II. Contrariorum loco pono ea, quæ ex intervallo non verò incontinenti expediri possunt. Sic matrimonium metu contractum non censi ratificatum per contractum dotis incontinenti, seu intra tres vel quatuor horas, celebratum, quia ex vicinitate actuum præsumitur idem metus durare, asserit Tiraq. *de retr. conv.* §. 1. gl. 5. n. 22.

§. III. Ne correctio legati præsumatur necesse est, ut legati, non incontinenti; sed ex intervallo, mentio fuerit facta, quo in casu novissima voluntas sequenda est. *l. 89. ff. de condit. & demonstr. & ibi Brunn.* nam incontinenti nemo se corrigere præsumitur.

§. VI. Quod, onerandæ libertatis causa, à liberto incontinenti stipulatus sum, exceptioni locum facit, quod tamen ex intervallo stipulatum, omninò validum est; nisi liquidò appareat, libertum metu solo vel nimia Patroni reverentia se ita subjecisse *l. 1. §. 6. ff. quarum rer. act. non dat.* Goth. *hic*, ex brevitate temporis fraudem præsumi, asserit.

§. V. Constitutum sine die non incontinenti peti potest; sed modicum tempus, non minus 10. dierum, statuendum est ut petatur *l. 21. §. 1. ff. de const. pec. & ibi Goth. & Brunn.* Debitor quoque confessus & paratus ad solvendum, non incontinenti ad solutionem compellendus est, sed demum post IV. mensium spatium *l. 2. §. 3. C. de usuris rei jud.* quod in *d. l. 2.* modicum tempus vocatur *juxta* Goth. Sed *Cz. l. 4. t. 7. §. 56. n. 12.* debitoribus tempus arbitrarium à Judice concedendum putat *arg. l. 5. pr. & l. 17. §. 3. ff. Commod.* Qui judex tempus executioni præfixum, vel arctare vel prorogare potest. *vid. omninò Gudelin. de J. Noviss. lib. 4. c. 16.*

§. VI. Ab aliquo conventus actorem incontinenti, i. e. durante processu, coram alio Judice reconvenire non possum, quod ex intervallo, i. e. post finitum conventionis processum, omninò licitum est, *auth. & consequenter C. de sent. & interloc. omn. Jud. c. 1. X. de mut. petit. c. dispendia 3. de Rescript. in 6.*

§. VII. Qui filium emancipatum, ob contractus ab illo, dum adhuc esset in potestate, celebratos, in solidum convenire vult, illum ex intervallo, seu post aliquot annos convenire debet, nam incontinenti adversus emancipatum datur actio tantum in id, quod facere potest. *vid. Excell. D. Boltzii disput. ad l. 4. ff. Quod cum eo qui in al. pot. est.* quæ lex male à Gothofr. in *notis & Spreng. de mod. cap. 10. n. 12* intelligitur.

§. VIII. Ex confessione facta in tormentis, vel ex illa, quæ fit incontinenti tormentis finitis, etiam in alio loco, non quis potest con-
dem-

demnari; sed requiritur ad condemnationem, ut aliquod intervallum intercesserit. Tiraq. de retr. conv. §. 1. gl. 5. n. 21. Quod Dd. plerique ad minimum de 24. horarum, seu unius diei & noctis spatio, intelligunt. Neque sententia capitalis, à Principe irato prolata, incontinenti, sed ex intervallo, i. e. post. 30. demum dies, executioni danda est. l. 20. C. de penis.

§. IX. De Jure Can. electio alicujus novitii in Abbatem, incontinenti facta, non valet, quæ, ex intervallo celebrata, omninò valida est, nam antequam esset discipulus voluit esse magister. c. officii 38. X. de Elect.

§. X. Opponi quoque possunt casus illi, in quibus incontinenti non curatur, quos vid. in l. 72. ff. de contrah. emt. & ibi Brunn. l. 52. §. 2. ff. de Fidejuss. l. 10. §. 6. ff. mandati l. 35. ff. de neg. gest. l. 135. §. 2. ff. de V. O. l. 2. §. 7. ff. testam. quemadm. aper. l. 7. §. 2. ff. de operis libert. l. 1. C. eod. l. ult. ff. de liber. caus.

Atquè, hæc sunt, quæ circa factum incontinenti faciendum, mihi obvenerunt, restant forsàn circa illud plura & meliora, sed ista aliis relinquo. Hac vice illa, quæ in legibus à me citatis & apud auctores allegatos deprehendi, decerpere & hic congerere tantùm volui, certus, si non ipsum opus, conatum tamen apud cordatos; si non laudem tamen ad minimum excusationem meritorum. De cœtero desino in verbis Plinii lib. VI. Ep. 27. *Faciendi aliquid, vel non faciendi, vera ratio cum hominum ipsorum, tum rerum etiam atque temporum, conditione mutatur.*

LAUDO tuum, KÖHNI, specimen quod publicus edis,
Laudaboquè magis, si benè pugna cadat.

Sed quid ego dubitem? cui tot certamina nota,

Quæ sub præsidio sunt tibi cepta meo:

Sæpè, recordor, ovans superasti fortiter hostem,

Et cœu victori gloria parta tibi.

Auspice, perge, Deò, licet haud *ex tempore* præstò

Præmia, quæ meritis debita jure tuis.

Eccur Diva Themis tibi sola noverca futura?

Est satis in cunctos officiosa Themis:

Illa mihi nuper tribuit Doctoris honores,

Quis scit, quale tibi post feret illa decus.

Pauca hæc Nobiliss. Dn. Autori, suo in Coll. Disp. ad 7. & ff.

Auditori Dilig. & promptiss. gratulans scribebat

JOHANN. Ansel / J. U. D. & Electoral.

Suprem. in Prussia Judicior. Advocat.

•• (o) ••





Königsberg, Diss., 1686-94

ULB Halle 3
004 356 780





R

H.

WON







B.I.G.

Farbkarte #13

N. J.
TIO JURIDICA
DE
INCON-
FACIENDO, 29

Seu
tinenti fieri debent.

Quam
TRI ALBERTINA,
AMPLISS. FACULTATE
RIDICA,

ESIDE
ISSIMO, AMPLISSIMO
LLENTISSIMO

NE **Stein** / J. U. D.
ofessore Ordinario,
Decano,

reptore etatèm colendo,
do eruditorum examini
subjicit

S Köhn / Lubecens.
ET RESPONDENS.

embr. M DC XCIV.
locoque solitis

Typis REUSNERIANIS;

